



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

69. Quæ sit vis clausulæ à quibusvis censuris ad effectum præsentium  
absolvens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

3<sup>o</sup> De Iurisdict. Ordin. in Exempti  
digna attrahunt ad le minus digna cap. si quis obiecere. i. quest. 3. cap. quanto dejudi-  
ciūl. cum quaritur ff. de statu hom.

QV AESTIO LXIX.

Quæ sit vis clausulae te à quibusvis censuris ad effectum presentium absolventes,

S U M M A R I U M .

1. Tollit impedimentum proveniens ex censuris tuor menses.
2. Hac clausula à legato usurpatæ non extenditur ad censuras Papæ reservatas.
3. Non prodest in sorte descenditibus per qua-

PAUCIS respondeo, tollere omne impedimentum proveniens ex censuris Rebus in præxibens. 1. par. Rubr declaratio Bullæ nove provisionis §. reg. absolventes n. 15. Navar. conf. 28. n. 18. & 21. de sent. excom. Concessio enim aliquo omne id concessum videtur sine quo illud expediti nequit. D. Wamefus in terminis hujus questionis conf. 139. n. 7. & 8. idque etiam si ejusmodi clausula non inveniretur adjecta, quia enim adjici solet præsumitur per oblivionem præterita l. certi §. nummos infn. 2 de reb. creditis Wamef. d. n. 7. & 8.

Restringitur tamen, ut non proficit in sordecenti per annum, æquiparatur enim in sordecentis haeretico Menoch. de arbitr. iud. casu 4. 6 per tot signanter num. 60. Conc.

3 Trid 3. s. ff. 25. de refor. Ptolom. dec. 94.

Restringitur secundo, ut non profit in sordecenti excommunicationem per quatuor menses, idq; per regulam Cancell. 61. latam per Sextum s. Rubri de infor- descenditibus, idq; secundum Flaminium de refir. benef. par 1. lib 4. quest. 3. n. 57. cuius utat verbis. Statutum est ne prefetur occasio censuras ipsas vilpendendi, & in- sordecenti in illis & ne generales absolutiones apposita in litteris suffragentis his qui scienter excommunicationis sententiam per quatuor menses sustinuerunt ex qua regula sati colligitur quod excommunicato ita demum suffragatur illa abfo- lutorio que confuevit in literis Apostolice de stylo apponi si non sustinuerit excom- municationem ultra quatuor menses, nam illis elapsis huiusmodi absolutio non prodest & litteræ sunt nullæ iuxta communem & vulgarem stylum. Ita tradit Na- varrus id ipsum extenderat ad alias quasdam excommunications quam vide in ca- ita quorundam nota 11 n. 14. idque cum à Papa scribitur lecus vero si allegato quia cum non extenderetur ad censuras Papæ reservatas. Navarrus not. undecimo num 18.

Restrin-

Pars IV. Quæst. LXX.  
Restingitur 3. per hanc clausulam non censetur sublata irregularitas quemadmodum contra Sotum concludit & probat late Gregorius Saycus, in suo Thesauro  
Theol. moralis lib. 1. ca. 1. n. 18. tom. I.

QVÆSTIO LXX.  
Quid juris si unum privilegium referatur ad aliud.  
S U M M A R I U M.

1. Difinitio an verba stent conditionaliter an causaliter.
2. Ex subiecta materia dividendum.
3. Libellus statutum, lex privilegium referens certitudinaliter aliam dispositio- nem non requirit illius apparentiam.
4. Confitens prout in tali instrumento de quo non constat nihil videtur confiteri.
5. Confessio ad instar privilegij de quo non constat, nihil valet.
6. Nisi sit specifica relatio vel ex certa scientia.

Frequens est ut multa in privilegiis exemptionum decernantur juxta tenorem alterum literarum seu prout aut quemadmodum in alio privilegio concessum est, unde hic non immerit dubitatur de vi, & energia eiusmodi verborum & privilegiorum relativorum, qua in re ut in jure auctor repugnantes videntur esse sententiae Innocentius in cap. Abbate n. 4. de verb. signis, centur eiusmodi privilegia & verba relativa stare conditionaliter felices si ita est prout in tali privilegio continentur volens idcirco cum in uno privilegio fit mentio alterius privilegij necesse esse illud exhiberi de quo fit mentio.

At vero Ludovicus Rom. ut refert Felinus in cap. ex parte & 1. n. 10. cum Apostoli de re script. fol. 68 Rom. conf. 336. distinxit inter privilegia & rescripta, ut in illis stent causaliter dispositio & de per se sicut cum quis condemnatur ad unum par caponum prout ius antecellentes consueverunt Fel. d. n. 10. & DD. ibi citati qui articulus pendet ex his quæ supra plenius scriptissimus lib. 1. quæst. c. n. 10. In his vero conditionaliter plus placet opinio Felini d. num. 10. sic distinguuntis indifferenter tam in privilegiis quam rescriptis aut contractibus. Aliquando dictiones relatives iuxta secundum prout preferuntur in materia quæ de novo aliquid disponendo concedit aliquid certum, referendo se ad aliud, eo causa non stant conditionaliter quia natura principaliis dispositionis continentis clare certum quid, non est referre se quasi conditionaliter ad aliud, unde etiam si illud non appareat ista falsa demonstratio non vitiat dispositiōem Barth. I. eum qui S. Julianus ff. de confit. pec. glo. d. cap. quoniam Barth. in exitavag. ad reprimendum in verb. prout vers ad cuius intelligentiam Aret. conf. 86. col. 3. Hinc